



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.56. Litteræ Pontificiæ contra Clericos concubinos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Sæcul. XIII.
A. C. 1259.

bertatem. Precatur, ne moleste ferat, si postulati mille balistarii sibi non mittantur, eo quod subsidium majus habiturus esset in quinta sacrorum Hungariæ proventuum parte: se hanc ei concedere, immunes tamen ab ea velle Templarios Equites cum cæteris Religiosis militaribus, monachisque Cisterciensibus. Denique beneficia in extraneos collata frigide excusat, dicens, vix dari regnum aliud, cui hæc querela minus conveniat quam Hungariæ; nec tam bene agi posse, ut homines maligni nihil vituperent.

Illud, quod Papa hic asserit, in ethnicorum fide haud esse nitendum, non nimium striete accipi debet. Haud decet divinam & quæ naturam excedit, fidem confundere cum bona fide humana omnis varias inter gentes commercii basis, quod sanæ rationis effectus est naturalis. Conjugii impedimentum ex diversitate religionis natum non est insuperabile in certis casibus singularibus, in quibus de publico & ipsius religionis bono agitur.

§. LVI.

Litteræ Pontificiæ contra Clericos concubinos.

ap. Rayn.
n. 22.

Incontinentia Cleri tam communis & tam publica erat, ut Papa Alexander reme-

remedium malo allaturus ad Archiepiscopos, eorum Suffraganeos, Abbates cæterosque Præpositos ecclesiasticos epistolam circummitteret, in qua primum eis graviter ob oculos ponit, quam sibi commissarum terribilem animarum rationem Deo reddere debeant; dein exaggerat exemplum pessimum Clericorum contemptis canonibus concubinas palam sustentantium, abjectoque omni pudore sacras ministerii sui functiones impuris manibus exercentium. Exponit, quanta sibi vituperia ab hæreticis, quantum contemptum a populis, quam miseram Ecclesiæ oppressionem ab Optimatibus accersant. Hortatur Præsules, ut primum optimo vitæ exemplo, tum fontium castigatione rem indignissimam exterminent: declaratque, eorum severitatem per appellationem haud retardatum iri, & litteras apostolicas a reis contra hanc infectionem impetratas fore nullas & irritas. Dabat 13 Febr. 1259.

Hujus epistolæ habemus exempla duo, Archiepiscopo Rothomagensi alterum, alterum Archiepiscopo Salisburgensi inscriptum. Unde colligitur, illam in cæteras quoque provincias esse missam, atque hoc vitium fuisse generale in tota Ecclesia. Archiepiscopus Rothomagensis erat Odo Rigaldus Ord. Minorum, qui Odoni Clementi an. 1247 successerat, & hanc

Sæcul. XIII.

A.C. 1259.

Stero. 1260.

p. 283.

Gall. Chr.

to. I. p. 587.

Sæcul. XIII. hanc sedem 28 annis tenuit. Hæc epi-
A. C. 1259. stola est elegans: sed talia mala exigunt
 remedia magis singularia quam exhor-
 tationes quantumvis pathéticas.

§. LVII.

*Controversia Universitatis Pa-
risinæ.*

Cum tot epistolæ, quas Papa Alexander
 in gratiam Fratrum Prædicatorum
 jam dederat, Doctores Parisienses, ut eos
 reciperent, necdum permovissent, hoc an-
 no 1259 eum in finem plures dedit. In
 prima, quæ Anagninæ 5 Apr. Episcopo
 Parisiensi inscripta fuit, queritur aliquos
 Doctores molestiam facessere certis Rel-
 giosis revocationi Guilielmi de Sancto A-
 more se opponentibus. Jubet Episco-
 pum convocatis cunctis Doctoribus ac di-
 scipulis proposita anathematis poena in-
 terdicere, ne sic cum illis agant: eo quod
 hi Religiosi salva æquitate consentire ne-
 queant in restitutionem hominis merito
 condemnati, rixosi, & contumacis. E-
 doctus postea Universitatem hoc cum
 Doctore magnum litterarum commer-
 cium habere, præcepit Episcopo, ut illud
 pleno jure constituta proscriptionis poena
 rumperet.

Duboulai
 p. 348.
Indigner
accep.
Vading.
 1259. n. 4.

Dubon.
 p. 351.
Multorum
relat.
Vading. n. 5.

Uni-